



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Anno Domini M.CCCX. Convocato Provinciali Concilio Saltzb. Et Proposita
ibidem petitione Domini Clementis Papæ Quinti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)



ANNO DOMINI
M. CCCX. CONVOCATO PRO-
VINCIALI CONCILIO SALTZB. ET PRO-
posita ibidem petitione Domini Clementis
Papa Quinti.

Concordauerunt omnes in hoc, quòd summa de-
cimã duorum annorum, si qua fuerit, vel esse po-
tuerit persoluenda, solui debeat Summo Ponti-
fici in terminis infra scriptis: Ita duntaxat, quod
primus terminus solutionis faciendæ de primo anno, qui in-
cipiet in isto proximo festo sancti Georgij, sit in proximo
futuro festo B. Martini. Et secundus terminus solutionis fa-
ciendæ eiusdem anni, sit in proximo subsequenti festo S.
Georgij. Et primus terminus secundi anni, sit in alio subse-
quenti festo S. Martini: secundus verò terminus & vltimus sit
post hoc in subsequenti festo S. Georgij. Et quod decimã da-
bit de omnibus possessionibus, bonis, & redditibus, & bene-
ficijs Ecclesiasticis. Hæc de eis, quæ beneficiorum intuitu
possident, expensis necessarijs deductis. Necessarias verò
expensas esse dixerunt, quas stando, colendo, colligendo &
conseruãdo impendant, sine quib⁹ res subsistere non potest.
Et quod Ecclesia, quarũ redditus pro maiori vel pro media
parte in obligationibus legatis & testatis cõsistunt, de ijsdem
oblationibus legaciæ seu test: decimam soluere teneantur.
Itẽ capitula, collegia, seu conuentus in cõmuni de suis red-
ditib⁹ decimabunt. Itẽ si quis ex vno beneficio 6. marcarum
argenti pöderis * pñe reddit⁹ dũtaxat, eos nõ decimabunt: * leg. presen-
Ultra^{tie}

720

Ultra verò, si habuerit decimas, inde soluet. Aut si plura be-
 neficia habuit, quæ coniuncta prædictarum marcarum ex-
 cedant numerum, de ambabus in simul decimabunt. Hospi-
 talis verò & domus leproforum cum annexis sibi Ecclesijs,
 super quibus fundata sunt, decimas non præstabunt. De-
 firmarijs, vestiarijs, sacristijs & hospitalibus religiosorum
 non decimabitur, nisi si ultra prouisiones necessarias de illis
 officijs exhibendas esset excessus reddituum illorū officio-
 rum; tunc de illo residuo fiet decimatio communi decimæ
 apponenda. Pastores verò & Vicarij in simul vel quilibet pro
 parte sua decimabunt, ita tamen, quod plenè de omnibus
 redditibus Ecclesiæ decima persoluitur. Ordinarij perso-
 nas prouidas deputabunt, qui eandem decimam colligent
 & seruabunt. Et si nuncius dñi Apostolici eisdem vnum aut
 plures voluerit adiungere, suæ relinquatur optioni. Præter
 ea sub iuramento soluentium decima persoluitur. Item Or-
 dinarij subiectos ad solutionem decimæ istius per censuram
 Ecclesiasticam poterunt coarctare. Item decima fiat de bo-
 nis Ecclesiarum, hac taxatione præmissa, vt tempus aestima-
 tionis soluendæ decimæ bladi & vini sit inter festum sancti
 Michaëlis, & sancti Martini. De caseis autem soluatur deci-
 ma sicut Prælati consueuerunt denaria suis rusticis loco
 caseorum recipere, in festo sancti Georgij se-
 cundum ius & terræ consue-
 tudinem.



DECLA